



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 41. Richardus Pontificis frater, Comes Soranus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII. A.C. 1208.          pis Angliæ præcepit; de hac causa inquirerent, reos suspensos Romam mitterent, ac Interdictum in eorum Monasteriis servari curarent.

## §. XLI.

*Richardus, Pontificis Frater, Comes Soranus.*

*Chron. Fossa n. 1208.* **H**oc anno millesimo ducentesimo octavo ineunte, nempe quinta Januarii, Soram urbem in Campania Abbas Montis Cassini Germanis eripuit, sollicitante Innocentio Papa, qui in eo consilio Richardi Fratris sui opera usus est. Transacto Festo Ascensionis, quod in diem decimam quintam Maji inciderat, Papa, relicta urbe, Anagninam, ac exinde ad Monasterium Fossæ novæ venit, ubi die Mercurii, mensis Julii secunda, Richardus ejus frater, a Protonotario, quem Rex Fridericus Siciliae ad hunc Ritus miserat, insonante tuba, Comes Soranus proclamatus est. Nam Rex Siciliae Richardo hunc Comitatum conferebat, quem a se & a Papa, supremis Dominis teneret. Hæc dispicimus ex Actis præstiti homagii & fidei, quam Richardus Papæ sexta Octobris ejusdem anni ita promisit, ut etiam se Regi Siciliae subditum & obedientem futurum esse profiteretur.

*ap. Rainald. 1208. c. 27.*

## §. XLII.